



## The Holy See

---

PIUS PP. XEPISTOLAIS TUUS\* *Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem.* — Is tuus liber de *Les vois de Voraison mentale*, cuius Nobis dedisti exemplar, quanquam in argomento sacris auctoribus usitato versatur, non tamen rem supervacaneam fecisti scribendo; imo valde utilem, nec solum religiosis hominibus, sed omnibus, quicumque perfectionem christianaee vitae assequi contendunt. Certe de opere isto tale intelligendum est iudicium; quibus tua et doctrina et peritia iure probatur. Nos igitur cum gratias tibi agimus, tum gratulamur; et quos ex labore tuo fructus communis pietatis expectas, ii ut uberes sequantur, exoptamus. Divinorum autem munerum auspicem, et benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus. *Datum Romae apud S. Petrum die XIII Decembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.* PIUS PP.

---

X

\*AAS, vol. I (1909), p. 139-140.

---

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana